Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cum gla domini domum dñi. Tunc
ait salomon. Dominus dixit ut
habitaret in nebula. Edificans edifica
ui domum in tabitaculũ tuum. firm
issimũ solium tuum in sempiternum.
Conuertit q̃ rex faciem suam. & bẽdixit
omni ecclesiæ israel. omnis enim ecclesia israel sta
bat. & ait salomon. Bẽdictus dominus
deus israel. qui locutus est ore suo ad pa
trem meum dauid. & in manibus e
ius implenit dicens. A die qua eduxi plm
meum israel. ut ædificaretur domus &
esset nomen meum ibi. de egypto nõ
elegi ciuitatem de cunctis tribub; israel
ut ædificaretur domus & esset nomen
meum ibi. sed elegi dauid ut esset sup
plm meum israel. Voluit q̃ dauid pat
meus edificare domum nomini di israel
et ait dominus ad dauid patrem meũ
quod cogitasti in corde tuo ædificare do
mum nomini meo bene fecisti hoc ipsum
mente tractans. Verũtamen tu nõ ædificabis
michi domum. sed filius tuus qui egr
dietur de lumbis tuis ipse ædificabit
domum nomini meo. Confirmauit do
minus sermonem quem locutus est
stetq̃ pro dauid patre meo. & sedi sup
thronum israel. sicut locutus est dominus
& ædificauit domum nomini dñi di israel. et
constituit ibi locum arche in qua fedus
est domini quod pepigit cum patribus
nostris quando egressi sunt de terra egypti
Stetit autem salomon ante altare domini
in conspectu ecclesiæ israel. & expandit ma
nus suas in celum & ait. Domine
deus israel non est similis tui deus in celo
de sup. & super terram de deorsum qui custodis
pactum & misericordiam seruis tuis qui amb
ulant coram te in toto corde suo. qui
custodisti seruo tuo dauid patri meo
que locutus es ei. et locutus es ore. & ma
nibus perfecisti ut hodie probatur. Nunc
igitur domine deus israel. conserua fa
mulo tuo dauid patri meo que locutus
es ei dicens. Non auferetur vir de te
coram me qui sedebit super thronum israel.
ita tamen si custodierint filii tui uiam
meam ut ambulent coram me sicut tu
ambulasti in conspectu meo. & nunc
domine deus israel. firmentur uerba tua
que locutus es seruo tuo dauid patri
meo. ergo ne putandum est quod vere
deus habitet super terram. Si enim celum & ce
li celorum te capere nõ possunt quanto
magis domus hec quam ædificauimus
sed respice ad orationem serui tui & ad p̃
ces eius. Domine deus meus audi
ymnum & orationem quam seruus tuus
orat coram te hodie. ut sint oculi tui
apti super domum hanc nocte & die. super
domum de qua dixisti erit nomen meum
ibi. ut exaudias orationem quam orat
ad te seruus tuus in loco isto. ut exau
dias deprecationem serui tui & plebis tui israel
quod cumq̃ orauerit in loco isto. & exau
dies in loco habitaculi tui in celo. et cum
exaudieris propitius eris. Si peccauerit
homo in proximum suum & huiusmodi
iuramentum quod teneatur astrictus
& venerit pro iuramento ante coram al
tari tuo in domum tuam. tu exaudies
in celo. & facies & iudicabis seruos tu
os. & condempnas impium & reddens
uiam suam super caput eius. Iustificat
q̃ iustum et retribuens ei secundum iusti
tiam suam. Si fugerit populus tuus israel
inimicos suos quia peccaturus es tibi
et agentes penitentiam & confitentes
nomini tuo venerint et adorauerint
et deprecati fuerint te in domo hac. ex